

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Christophori Cellarii Compendium Antiquitatum
Romanorum**

Cellarius, Christoph

Halae Magdeburgicae, 1774

VD18 10161015

Sect. II. De Combustione.

urn:nbn:de:gbv:45:1-17085

§. III.

Tum laudatio funebris pro rostris a proximo agnatorum, vel, si deesset ex his, qui tale officium præstare defuncto posset, a clarissimo aliquo ac doctissimo viro habebatur, eaque finita, promotum inde funus extra urbem in eum deducebant locum, ubi vel humandum erat, vel igne comburendum. SVETONIUS in *Cæsare cap. VI. Tiberio cap. VI. PLINIUS lib. II. epist. I. num. 6. & CICERO de legibus lib. II. cap. 23.*

SECT. II.

DE COMBUSTIONE. c)

§. I.

ROMANI VE plurimum cremabant mortuos. Pauca enim gentes aut familiae erant, quibus

L12

bus

c) Fiebat elatio funeris ac combustio cadaueris octavo plerumque die post mortem, quum per septem, ut videtur, dies publice ad spectandum in vestibulo domus positum fuisset, ut ostendit IO. KIRCHMANNVS *de funer. Rom. lib. II. cap. I.* ubi tamen recte obseruat, consuetudinem hanc apud Romanos non vniuersè susceptam, sed alios citius, alios tardius elatos fuisse. Antequam funus ad combustionem efferebatur, varii obseruari sunt ritus. Præco voce clara funus indicebat, hisque circiter verbis, L. TITIO EXSEQUIAS IRE, QUIBUS COMMODVM EST, IAM TEMPVS EST, OLLVS EFFERTVR, ad exsequias populum conuocabat ac rogabat, ut magna frequentia adesset. Primis temporibus funera noctu efferebantur, ut ex DONATO ac SERVIO probat IO. KIRCHMANNVS *indicato loco p. III*; hæc vero consuetudo in nobiliorum exsequiis

bus concedebatur defossio integri corporis, ut gens Cornelia, ex qua Sulla, ius talionis veritus, quod

quibus postea mutabatur, ac viliores solum nocturno efferebantur tempore; cereorum tamen, faciū ac candelarum usus, etiam lucente sole, est retentus, nec id solum in ipso funere, sed in annuis quoque parentalibus. In ipsa pompa ferali, quam designatores disponebant, incedebant:

1) *Siticines*, qui instrumentis singularibus lugubrem edebant sonum. Hi duplicis erant generis. Nonnulli tibiae, alii tubicines erant; illi tibiae, hi tubas canebant; utraque vero instrumenta ceteris, per ordinem usitatis, latiora ac laxiora, & ita facta erant, ut lamentabilem ac tristem efficerent cantum: conf. KIRCHMANNVM *de funer. Rom. lib. II. cap. 4. & 5.* BARTHOLINVM *de tibiis lib. II. cap. 15.* & OISELIVM *not. ad A. Gellium lib. XX. cap. II.* De hoc veterum ritu varia scriptorum testimonia excitat IO. ALB. FABRICIVS *bibliogr. antiqu. p. 662.*

2) *Præficae*, quæ ad tibiarum ac tubarum sonum lugubre canebant carmen, atque in isto defuncti laudes ac virtutes mirum in modum extollebant: conf. PETR. MORESTELLVM *pomp. feral. lib. II. cap. 29.* IAC. GVTHERIVM *de iure man. lib. I. cap. 14.* IO. MEVRSIVM *de funer. cap. XVIII.* & IO. FAES *not. ad Gyraldum libr. indicat. cap. XII.* Carmen, quod cantabatur, *næniarum* habuit nomen. Præficas in funeribus, indictiuis sollempnioribus, nonnumquam scurras ac mimos sequutos esse, ostendit IO. KIRCHMANNVS *de funer. Rom. lib. II. cap. 7. p. 155.*

3) *Servi pileati*, si qui essent, quos moribundus dominus per testamentum libertatis iuribus ornauerat. Pileus enim libertatis habitum est signum: lege IO. KIRCHMANNVM *indicato loco.*

4) *Maiorum imagines*, quæ, ex cera factæ, in aditum atriis ornatus causa ad parietes thecis ligneis imponi

quod C. Marii cadauer eruerat, testamento contra consuetudinem gentis cremari se iussit. CI-

L13

CER 0

poni & exsequiarum tempore depromi ac funeribus illustrium virorum præferri solebant, vt LACTANTIUS lib. II. de fals. relig. cap. II. PLINIUS lib. XXXV. cap. II. & PROPERTIUS lib. II. eleg. 13. v. 19. alii- que testantur. Imaginibus sæpe in illustrium ac principum funeribus insignia honorum, & quidem inuer- sa, spolia hostium, ornamenta triumphalia cet. ad- dita sunt, vt ex PEDONE ALBINOVANO de mort. Drus. v. 141. TACITO lib. III. annual. cap. 2. SVE- TONIO vit. Cæs. cap. LXXXIV. aliisque liquet.

5) *Lectuli.* Sæpe maioris ostentationis causa ante eum lectum, in quo mortuus positus erat, lectuli præ- ferebantur, de quibus, præter alios, laudatus IO. KIRCHMANNVS de funer. Rom. lib. II. cap. 7. p. 159. consulendus est.

6) *Ipsæ defunctus,* in lecto positus, qui, si illustris ac summa dignitate erat præditus, humeris efferebatur a magistratibus, quum pauperes in sandapila *vespillones* portarent. Legas SVETONIUM vit. Cæs. cap. LXXXIV. vit. Aug. cap. C. HERODIANUM lib. IV. IV. cap. I. aliosque. De sandapila, siue feretro pau- periorum, videas IO. MEVRSIUM de funer. cap. XX. CLAVD. SALMASIUM exercit. Plinian. p. 848. & SAM. PITISCIUM not. ad Sueton. vit. Domitian. cap. VII. De *vespillonibus*, siue iis, qui tenuioris fortis homines in sandapila efferebant, IAC. GUTHERIVS de iur. man. lib. I. cap. 14. & IO. FAES not. ad Lil. Greg. Gyraldum de var. sepel. rit. cap. X. agunt. De lectis & lecti- cis, quibus defuncti imponebantur, præter ceteros, IO. KIRCHMANNVS libro memorato p. 173. consuli potest. Sandapila, vt LIPSIVS lib. I. elector. cap. 19. obseruat, a quatuor; lectica vero, ditiorum propria, mo- do a sex, modo a quatuor, modo a pluribus viris por-

ta-

CERO *de legibus lib. II. cap. 22.* & PLINIUS *lib. VII. cap. 54.*

§. II.

tabatur. Ipsi mortui in lecticis & sandapilis, vel tectis vel apertis, efferebantur apud Romanos, ut memoratus KIRCHMANNVS *loco excitato* ostendit. Facies itidem vel aperta, vel vestibis inuoluta, vel larua tecta erat, pro ipsa mortui conditione, prout videlicet facies post mortem vel pulcra vel fœda fuit.

7) Funus sequebantur *propinqui* & amici mortuorum, habitu lugentium, vestibis nimirum atris, passis crinibus & puluere adpersis, sine ornamentis & annulis, velato capite, vel, ubi filiae erant, nudo, & habitu albo, immo & scissis vestibis, quæ in luctu consuetudo Iudæorum propria quidem erat, ab illis tamen & ad alias gentes transiit. Omnes hi comites funerum flebilem præ se ferebant speciem ac tristes incedebant, cum profusione lacrimarum, additis nonnumquam contra deos querelis, ob triste hoc, quod permiserant, familiae pariter ac totius urbis fatum. In funeribus eorum, qui de republica optime meriti fuerunt, non cognatorum solum & amicorum turba, sed tota prope ciuitas mortuum sequebatur eumque comitari solebat. Nec viri solum, sed etiam feminae exsequiis intererant. Patent hæc ex PLUTARCHO *quæst. Rom. XIV. p. 267.* PROPERTIO *lib. IV. eleg. 12. v. 97.* LIVIO *lib. IX. cap. 46.* SENECA *de tranquillit. vitæ cap. XII.* PLINIO *lib. XXXV. cap. II.* OVIDIO *lib. I. de pont. eleg. 10.* IUVENALI *sat. XIII.* aliisque multis. Crines in luctu tonsos rasosque defuncti vel pectori vel tumulo imponebant, ut IO. KIRCHMANNVS *de funer. Rom. p. 218. seq.* probat. Omnia, quæ de pompa funebri iam obseruavi, de illustrium ac diuitem exsequiis intelligenda sunt. Per se enim apertum est, pauperiorum ac viliorum fune-
rum

§. II.

Ritus combustionis erat, ut rogi exstrueretur, cui defuncti corpus in lecto imponebant cum aromatatum odoribus aliisque pretiosis, quæ defuncto cara fuerant. Tum post factam conclamationem postremam aliquis agnatorum face rogi accendebat. SERVIVS ad *Virgilio Aeneid. lib. VI. v. 218. seq.* SVETONIUS in *Cæsare cap. LXXXIV. seq.* & PLINIUS *lib. IV. epist. 2. num. 3. & lib. V. epist. 16. num. 7. d)*

L14

SECT.

rum adparatum non tam splendidum ac honorificum fuisse.

8) Tum funus ad forum cum toto comitatu procedebat, ut ibi pro rostris laudes mortui recitarentur. De his *laudationibus* vide IO. MEVRSIVM *de funerib. Roman. cap. XXXIV.* IO. FAES *not. ad Lil. Greg. Gyraldum de var. sepel. ritib. cap. VI.* IAC. GVTHERICVM *de iure manium lib. I. cap. 25.* & SAM. PITISCVM *not. ad Suetonium vit. Cæs. cap. LXXXIV.* ad quem locum, ubi de Cæsaris funere est sermo, plura de ritibus in foro apud funera illustrium virorum obseruatis differit. Iam apud Aegyptios orationes eiusmodi funebres in vsu fuisse, MARSHAMVS *chronic. p. 273.* obseruat, quamvis alii eas a Romanis primum inuentas fuisse credant.

d) Infantes, infra septimum mensem mortui, itemque serui, per ordinem non cremabantur; ut obseruant IO. KIRCHMANNVS *de funerib. Romanor. lib. I. cap. 3.* & IAN. RVTGERSIVS *lection. Venusin. cap. XVIII.* Non certe dici potest, quo tempore hæc, corpora defunctorum comburendi, consuetudo inceperit, & quando apud Romanos desierit. A plurimis statuitur, eam vsque ad extrema Antoninorum tempora durasse. Christianæ enim professionis homines, quemadmodum ex

TER.

SECT. III.

DE SEPULTURA.

§. I.

COMBUSTIONE peracta, e) quæ reliqua erant, id est, cineres & ossa, fictili urnæ in-

TERTULLIANO aliisque cognoscitur, in eo elaborarunt, ut paganum hunc ritum abrogarent, & quo magis religio christiana sese diffundebat, eo magis consuetudo hæc evanuit.

e) Combustio in *pyra*, quæ, ubi ardebat, *rogus* adpellabatur, facta est. Componebatur ea ex lignis facile ignem concipientibus, ita, ut latera quatuor æqualia haberet. Ligna antiquo ævo rudia, postmodum vero polita & picta erant, circumfusis cupressis, ut cadauerum fœtor exstingueretur. Per ordinem ex quatuor tabulatis constabat eiusmodi pyra, ut superiora, instar pyramidis, decrescerent & minora essent. In inferiore tabulato stramina, in proximo flores, in tertio thura & aromata, & in quarto vestes pretiosæ aliaque dona, ab amicis congesta, ponebantur. Altitudo pyræ pro defunctorum conditione differebat. Tenuiorum enim rogi depressiores; nobiliorum autem altiores exstiterunt. Propinqui pyram, pretiosis liquoribus & vnguentis conspersam, auersa facie accendebant, & nihil magis in voto habebant, quam ut, suborto vento, consumptio cadaueris acceleraretur. De pyra hæc exponunt IO. KIRCHMANNVS de funer. Rom. lib. III. cap. I. IO. NICOLAI de luctu Græcor. cap. XIII. IO. MEYRSIUS de funer. cap. XXV. IO. FAES not. ad Gyraldum de var. sepel. rit. cap. XII. aliique plures. Mortui, in rogo positi, oculi iterum aperiebantur: conf. PLINIUM lib. XI. hist. natur. cap. 37. & VIRGILIUM lib. IV. Aeneid. v. 244. & lib. IX. v. 37. Locus ipse, ubi cadauera cremabantur, *ustrina* & *ustrinum* dicebatur, qua

de